Quaestio medica
Matutinis exagitanda disputationibus die Jouis x17 februarii
In Scholis Medicorum M. Nicolao Ellain D. M. moderatore.

An suppressis Mensibus Saphena?

Uterus hepate praestantior [illegible] amoris voluptuarii fundus, à naturali statu recedens, omnium morborum est parens et author. Quemadmodum enim bene Constitutus totum Corpus reddit floridum et Incolumem, sic malè affectus In Consensum trahit [illegible]: praesertim cum sanguis menstruus, solâ quantitate naturae negotium facessens, supprimitur. Unde fit ut mulier, licet viro Calidior, et appetentior [illegible] (In qua etiam plus voluptatis habet, quam doloris In partu) tam Copiosum sanguinem [illegible] Impar, [illegible] quadam necessitate superfluum statutis temporibus [illegible].

Ex Menstruâ suppressione Infinita nascuntur Incommoda. Hinc hydrops, Cachexia, atrophia. Hinc Cordis palpitatio. Hinc tabes. Hinc paralysis, Epilepsia, apoplexia, melancholia, mania. Hinc suffocatio, hinc Coloris foeditas. Hinc articulorum dolores. Hinc vocis asperitas. Hinc pilorum In mento productio. omnia sanguinis missione, non tabellis, nec pulveribus Chalybeatis, declinanda.

haec Symptomata saepissimè decorae virgines, quarum etiam prouectiorum Integritas Iudicari potest ex partium pudendarum Inspectione. [illegible] Expertae etiam non rarò (quas si non pariam, gravius aegrotam) praesertim salaces, multo ~~sanguine~~ semine turgidae, viris libidinosioribus ante nuptias, aut etiam postea parum mulierosis locatas. Grandiores minus. Gravidae, quas ex Caeteris animantibus solae marem admittunt, nonnumquam. Steriles aliquando quas licet morbosas dogam, tardius tamen fecundas quam foecundas.

Menstrua suppressio, etiam post quadriennium sanabilis, non pendet ab ullis malâ Constitutione, nec [illegible] [illegible] ab Ignominia legibus Imponendas metu. Illius praecipuas Causas sunt, obstructio, et sanguinis copia. has nos, veluti manu, deducunt In Cognitionem [illegible]. Liberanda obstructio, minuenda ~~Copia~~ multitudo, [illegible] naturae motus excitandus. Aegra hymenaei legibus subiicienda. [illegible] [illegible], et [illegible] dulce etiam [illegible].

Venae sectio liberat obstructiones, sanguinem Copia peccantem minuit, naturae vindex erit: maximè si saphena pertundatur. Quemadmodum enim Basilica secta, et Cucurbitulas mammis affixas Immodicum fluorem sistunt: sic aperta saphena suppressos menses revocat, [illegible], et sursum ruentis sanguinis Impetum deorsum revellit. Huc Confert Crurum mollis frictio, et pedum lotio ex aquâ tepente. [illegible] non negligenda, Cui frequentes, et praesentibus testibus, litavit Communis. Has sacrificia sine Calore et humore sunt Irrita.

Ergo suppressis Mensibus saphena.

Asserebat Petrus De La Boissiere Blaesus Anno Domini 1602.



Domini Doctores disputaturi.

M. Hieronymus Tacquet.
M. Simon Bazin
M. Nicolaus Pietre.
M. Martinus Akakia Med. et Prof. Reg.
M. Petrus Paulmier.
M. Petrus Ponson Prof. Reg.
M. Georgius Cornuty.
M. Joannes le Moyne
M. Claudius Boyuin.